

Q. N. 532, 43

X 1860561

B. N.



Q. D. B. V.

PHILOLOGEMA,


SUB PRÆSIDIO

C. S. SCHURZFLEISCHII,
PROF. PUBL.

disputandum proponit,

M. GEORGIUS FRIDERICUS
HEUPELIUS,
ARGENTORATENSIS.

*Ad d. XXIV. Mart.
c 19 19c XXCVIII.*



WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.





I.



Vi Græcis τέκτων, idem Latinis faber dicitur; quæ significatio tam latè patet, ut fabros æqvè tignarios, ac ærarios ferrariosqve complectatur.

II. Generatim utriusque vocabuli notionem Græci pariter atqve Latini designant, quibus suffragantur interpretes, qui præter antiquitates, etiam vocabulorum commentarios ediderunt.

III. Inter illos familiam ducit Homerus, summus ac prope divinus vates, *Iliad. IV. 110.* ibidem Eustathius. Τὸν τῶ τὸξ τεχνίτην, τέκτονα γενικῶς καλεῖ. Consentit brevium scholiorum auctor. Rursum Homerus *Iliad. VII. 315.* ubi commentator. Τέκτονας κατ' ὄνομα γενικὸν καὶ τὰς οἰκοδόμους λέγει. Sic & ναυπηγόν exponit *Odysse. XV. 411.* Idem alibi, τέκτονα δέρων, commutatis verbis reddit atqve interpretatur, οἰκοδόμαν καὶ ναυπηγόν, *Odysse. XVII. 384.* Speciatim Ulysses ab arte

arte

arte fabricandi naves commendatus est, *Odyss. V.*
250. Quo in loco planum & perspicuum est, intel-
ligi ναυπηγικήν, quam Poeta τεκτοσύνην nomi-
navit. Congruitorigo nominis, quam ab τεύ-
χω ducendam esse liquet, & suffragatore Eusta-
thio se tuetur, *schol. in Iliad. II.* Spectat huc Pol-
lux *Onomast. lib. VII. c. 26.* τὰς οἰκοδόμους Ὀμη-
ρῶ τεκτονας καλεῖ.

IV. Xenophon, elegantiarum parens At-
ticarum, expresit hac voce architectos milita-
res, qui munitiones excitabant, & ut argumento
verbi πυργόω colligere licet, turreas ligneas mo-
liebantur. *Cyripæd. lib. VI.* Τεκτονας εἰς τὸ ἡμῶν
ὄχηρὰ πυργῶσαι. Descriptio hæc est Cyri πο-
λιορηδῶν, qui suadebat, adhibendas esse
machinas ad muros hostium diruendos, eamque
ad rem perficiendam fabros, munitionum mo-
liumque struendarum peritos, requirebat. Quod
nomen aliàs distinxit à fabris ærariis, & æris scul-
ptoribus, quippe quos χαλκῆς & χαλκοτύπης
appellavit, *hist. Græc. lib. III.* Haud dubiè, ut se-
cerneret à fabris tignariis, quos recentior Latini-

tas lignarios extulit, & retinuit Xenophontis
interpretis. Præterea Xenophon τέκτονας dis-
cernit ac separat à fabris ferrariis, quos σιδηρεῖς
vocat, in oratione de Agesilao Rege. Conf. Pol-
lux lib. VII. c. 25.

V. Ante Xenophontem Thucydides,
Atticorum antiquissimus, notissimusque elo-
gio, quod addictionis gravitatem pertinet,
scriptor, non obscure indicat, τέκτονας ad rem
castrensem adhibitos, comparasse bellicum
instrumentum. Quos à λιθολόγοις, sive ut
scholiastes explicat, à λιθέργοις sejungit, & si-
mul à fabris lapidariis secernit. lib. VI. de bell.
Pelopon. & schol. h. l.

VI. Igitur τέκτονες potiori significatio-
ne sunt materiarii, & adjectis σκεπάρον &
τροπάνον vocabulis, a sciam terebramque signi-
ficantibus, definiuntur. Hæc fabrorum in-
strumenta Lucianus recenset, & quibus ad o-
pus efficiendum adminiculis utantur, exprimi-
t, ac τέκτονα per τεχνίτην appositè decla-
rat. in dialogo improbè erudito, qui inscribitur

Ju.

Jupiter confutatus. Similem in modum Plu-
tarchus ἀρχιτέκτονας, & τεχνίτας τῶν ἔργων,
conjungit, & pro iis habet, quæ pariter signifi-
cant, nec discrepant re, aut sensu, in *Periele*.
Quod planum faciunt Grammatici veteres,
glossographi & scholiastæ, quorum industria in
perquirendis vocabulorum significationibus
est perspecta. Hesychius scribit. τέκτων, πᾶς
τεχνίτης. Suidas. τέκτων, κοινὸς τεχνίτης. ὁ
λαοζόος, καὶ ὁ τῶν ξύλων εἰδήμων. Qui ta-
men frequentiori usu tignarius, quàm lapidari-
us censetur. Hinc glossaria Cyrilli & Philo-
xeni. τέκτων, *faber, faber tignarius, lignarius,*
materiarius. Græcus paraphrastes juris Ro-
mani τέκτονα, addito materiæ vocabulo, desi-
gnavit, quum scripsit. τέκτων ξύλων. Latine
faber tignarius. Nam mendosa Vegetii lectio
est, *lib. II. cap. II.* ubi pro *lignarios*, reponendum
est, *tignarios*, auctoritate codicis manuscripti,
& usu jureconsultorum veterum, qui fabros
tignarios nominant, atque in hoc loquendi ge-
nere Ciceronem imitantur. Gajus in pande-
ctis l. 235. §. 1. de *V. S.* ubi Græcus interpres. Τέκ-

Τοναξ ξύλων (vitium scribæ librarii est, τέκτον
ξύλον) λέγομεν, ἔμόνον τὰς τὰ ξύλα πελεκεῖν-
τας, ἀλλὰ πάντας τὰς οἰκοδομεῖντας.

VII. Inter hos, cadente Latinitatis ævo,
fabri militares, qui publica arma faciebant, di-
cti sunt *fabricenses*, quos Græci posteriores
ὄπλοποιός vocant. Quorsum spectat *Basili-*
corum auctor, edito sigillatim titulo, περὶ
ὄπλων καὶ ὄπλοποιῶν, qui est de armis, &
armorum fabricatoribus, vel ut interpretes, Ju-
stiniani codicem secutus, de *fabricensibus* in-
scripsit. Qui & appellati sunt *fabricensii*, in
lege Augusti novissima *de armis*, quæ *authen-*
tica nomine celebratur. Illud nomen ade-
pti sunt à fabricis, quas optimo Latinitatis se-
culo *armorum officinas* nominabant. Apud
Græcos ἐργαστήρια πολέμου dicebantur. Fa-
bricarum undeviginti erant in veteri Occiden-
tis Imperio: pauciores, & quindenæ in Orien-
te numerabantur. De his vid. *Notitia Im-*
perii, atque in hanc *Guid. Panciroli*, & *Jac.*
Gutherius lib. III. cap. 12. de off. Domus Au-
gustæ.

gustæ. Optio fabricæ vice ejus, à quo ascitus erat, fungebatur. Hunc denotat Callistratus, adducto Tarrunteni Paterni testimonio, quod ex libro ejus *militarium primo* excerptum, & industriâ jureconsulti servatum, adhuc in Pandectis extat, in extremo *tituli*, quo agitur *de jure immunitatis*. Ubi cursim addo, optionem fabricæ à custode armorum distingvi, quod est contra sententiam Turnebi, quam rectè Gutherius repudiavit, *d. l.* Neque sino expungi vocabulum sagittarii, quod facit Stevechius, & *sagmarii*, reponit, contra mentem Paterni, qui aptè & Latinè castrensia vocabula recensuit, neque ad Leonis Augusti *sagmarios* intendit animum, quorum nulla est mentio apud scriptores Latinos veteres, neque apud ipsummet Vegetium, qui integros Paterni libros habuit, eosdem perlegit, & cum elogio auctoris commemoravit, *lib. I. c. 8.* Hodie Paternus in paucis duntaxat *fragmentis* superest, qui Antonino Commodo imperante floruit & magno temporis intervallo, multisq; seculis Leonem præcessit, cujus libri de bellico apparatus

para

act. 32

paratu editi, etiamnum superant, & nomine
præscripto, *Tactica* appellantur.

VIII. Verùm longius digredi vetat in-
stituti ratio, & commonet, ut disquiram, quo-
modo, & qua significatione id vocabuli ad
Christum Servatorem nostrum accommode-
tur. Marcus equidem, veracissimus Dei in-
terpres atque internuncius, *fabrum* nomina-
vit, *cap. VI. 3.* Matthæus eodem Numinis af-
flatu excitatus, *fabri filium* dixit, *cap. XIII. 55.*
ille ait, *ὁ τέκτων.* Iste, *ὁ τῆ τέκτωνος υἱός.* Neu-
ter ab altero dissidet, sed imo inter utrosque
convenit, nec vis inferri debet verbis, quæ di-
vinâ auctoritate protulit Marcus. Congruit
Justinus Martyr, & pro fabro habitum fuisse,
& artem factitasse, affirmat. Namque instru-
mentum fabrile manu versavit, aratra & juga
confecit, eaque paravit & struxit, quæ ad rem
agrariam pertinent, *fabrum*que adeò tignari-
um, nominis operisque argumento designant.

V. *Justini dialogus cum Tryphone*, quo dis-
sentientes, qui auctoritate Hilarii se
muniunt, refelluntur.

1077

21





nen
suff
etia

sum
den

γεν

στο

με

οικο

XV

ver

van



ων, idem Latinis
æ significatio tam
pros æqvè tigna-
errariosq̄ve com-

vocabuli notio-
designant, quibus
eter antiquitates,
rios ediderunt.

ducit Homerus,
Iliad. IV. 110. ibi-

χνίτην, τέκτονα
n Scholiorum au-

II. 315. ubi com-
γενικὸν καὶ τὰς
όν exponit *Odyss.*

ρων, commutatis
ar, οἰκοδόμαν καὶ
ciatim Ulysses ab
arte

